ORDO PSALTERII (PSALTERIUM ROMANUM)
Salzburg, 4. Viertel 15. Jh. Seite 54r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8188
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



pulsi sunt. Posuerunt me in lacu inferiori: in te
nebrosis et in umbra mortis. Super me confirma
tus est furor tuus: et omnes fluctus tuos induxisti
super me. Longe fecisti notos meos a me: posu
erunt me abhominacionem sibi. Traditus sum et non
egrediebar oculi mei languerunt pre inopia. Cla
maui ad te domine: tota die expandi ad te ma
nus meas. Nunquid mortuis facies mirabilia:
aut medici suscitabunt et confitebuntur tibi. Nunquid
narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam:
et veritatem tuam in perdicione. Nunquid cognoscentur
in tenebris mirabilia tua: et iusticia tua in terra
obliuionis. Et ego ad te domine clamaui et ma
ne oracio mea preueniet te. Ut quid domine repellis
oracionem meam auertis faciem tuam a me. Pauper sum
ego et in laboribus a iuuentute mea: exaltatus
autem humiliatus sum et conturbatus. In me transierunt
ire tue et terrores tui conturbauerunt me. Elon
gasti a me amicum et proximum: et notos meos a
miseria. Ant. Fundamenta eius in montibus sanctis. Ant. Benedictus

Misericordias domini in eternum cantabo. In ge
neracione et generacionem: annunciabo veritatem
tuam in ore meo. Quoniam dixisti in eternum misericordia edifi
cabitur in celis: preparabitur veritas tua in eis.
Disposui testamentum electis meis iuraui dauid
seruo meo: usque in eternum preparabo semen tuum. Et
edificabo in generacione et generacionem sedem tuam. Confi
tebuntur celi mirabilia tua domine: etenim veritatem
tuam in ecclesia sanctorum. Quoniam quis in nubibus equabitur
domino: similis erit deo in filiis dei. Deus qui glorifi

Circumdederunt me sicut aqua tota die: circum
dederunt me simul

54